GAUDEO



John Carter Brown.

BOUND BY J. MACKENZIE

D.

65.00

Hakluyt Soc Pub. 40 lines

Major's Memoir No. 2

Census 5

Goff C-759

EA 493/6

JOHN CARTER BROWN

¶ Epiſtola Chriſtofori Colom: cui etas noſtra multum debet: de
Inſulis Indie ſupra Gangem nuper inuētis. Ad quas perquiren
das octauo antea menſe auſpiciis ⁊ ere inuictiſſimorum Fernandi
ac Heliſabet Hiſpaniaꝝ Regū miſſus fuerat: ad Magnificū dn̄m
Gabrielem Sanches: eorundem sereniſſimorum Regum Teſau-
rariū miſſa: Quā generoſus ac litteratus vir Leander de Coſco ab
Hiſpano idiomate in latinū cōuertit: tertio Kalen̄ Maij. M.cccc.
xc.iij. Pontificatus Alexandri Sexti Anno Primo.

Quoniam ſuſcepte prouincie rem perfectam me conſe
cutum fuiſſe gratū tibi fore ſcio: has cōſtitui exarare
que te vniuſcuiuſqꝫ rei in hoc noſtro itinere geſte ⁊ in
uenteqꝫ admoneant: Triceſimotertio die poſtqꝫ Ga
dibus diſceſſi in mare Indicū perueni: vbi plurimas
inſulas innumeris habitatas hominibus repperi: quarum omni-
um pro foeliciſſimo Rege noſtro preconio celebrato ⁊ vexillis extē
ſis contradicente nemine poſſeſſionem accepi: primeqꝫ earum di-
ui Saluatoris nomen impoſui: cuius fretus auxilio tam ad hanc:
qꝫ ad ceteras alias peruenimus. Eam vero Indi Guanahanin vo
cant. Aliarum etiā vnam quanqꝫ nouo nomine nuncupaui. Quip
pe aliā inſulam Sancte Marie Conceptionis. aliā Fernandinam
aliā Hyſabellam. aliam Ioanam. ⁊ ſic de reliquis appellari iuſſi.
Cumprimum in eam Inſulam quam dudum Ioanā vocari dixi
appulimus: iuxta eius littus occidentem verſus aliquantulū ꝓceſ
ſi: tamqꝫ eam magnā nullo reperto fine inueni: vt non inſulā: ſed
continentem Chatai prouinciam eſſe crediderim: nulla tn̄ videns
oppida municipiaue in maritimis ſita confinib⁹ preter aliquos vi
cos ⁊ predia ruſtica: cum quoꝝ incolis loqui nequibā quare ſimul
ac nos videbant ſurripiebant fugam. Progrediebar vltra: exiſti-
mans aliquā me vrbem villaſue inuenturum. Deniqꝫ vidēs qꝫ lō-
ge admodū ꝓgreſſis nichil noui emergebat: ⁊ hmōi via nos ad ſep
tentrionem deferebat: qꝫ ipſe fugere exoptabā: terris etenim regna
bat bruina: ad Auſtrumqꝫ erat in voto cōtēdere: nec minus ven-
ti flagitantib⁹ ſuccedebāt. cōſtitui alios nō operiri ſucceſſus: ⁊ ſic
retrocedens ad portū quendā quem ſignaueram ſum reuerſus: vn
de duos hoies ex noſtris in terram miſi qui inueſtigarent eſſet ne
Rex in ea prouincia vrbeſue alique Hi per tres dies ābulauerunt
Inuenerūtqꝫ innumeros populos ⁊ habitationes paruas tamen
⁊ abſqꝫ vllo regimine: quapropter redierunt. Interra ego iam in-
tellexerā a qbuſdam Indis quos ibidem ſuſceperā quō hmōi ꝓ-

40 lines

uincia inſula quidem erat: ⁊ ſic perrexi orientem verſus eius ſem-
per ſtringens littora vſqꝫ ad miliaria cccxxij vbi ipſius inſule ſunt
extrema: hinc aliam inſulam ad orientẽ ꝓſpexi diſtantem ab hac
Joana miliaribus · liiij · quã protinus Hiſpanam dixi in eãqꝫ cõ-
ceſſi ⁊ direxi iter quaſi per Septentrionem quemadmodum in Jo
ana ad orientem miliaria · lxviij · que dicta Joana ⁊ alie ibidem
inſule quamfertiliſſime exiſtunt· Hec multis atqꝫ tutiſſimis ⁊ la
tis nec alijs quos vnq̃ viderim comparandis portubus eſt circun
data multi maximi ⁊ ſalubres hanc interfluũt fluuij multi quoqꝫ
Et eminentiſſimi in ea ſunt montes Omnes he inſule ſunt pulch
errime ⁊ varijs diſtincte figuris:peruie: ⁊ maxima arborꝫ varieta-
te ſidera lambentium plene:quas nunq̃ folijs priuari credo Quip
pe vidi eas ita virentes atqꝫ decoras:ceu mẽſe Maio in Hiſpania
ſolẽt eſſe: quarꝫ alie florẽtes:alie fructuoſe : alie in alio ſtatu ſcđm
vniuſcuiuſqꝫ qualitatẽ vigebant· garriebat philomela ⁊ alij paſſe
res varij ac innumeri menſe Nouembris quo ipſe per eas deam-
bulabam · Sunt ꝑterea in dicta inſula Joana ſeptẽ vel octo pal-
marum genera q̃ proceritate ⁊ pulchritudine quemadmodum ce-
tere omnes arbores:herbe fructuſqꝫ noſtras facile exuperant Sũt
⁊ mirabiles pinus agri ⁊ prata vaſtiſſima· varie aues· varia mella·
variaqꝫ metalla ferro excepto · In ea aũt quam Hiſpanam ſupra
diximus nũcupari maximi ſunt montes ac pulchri· vaſta rura ne-
mora · campi feraciſſimi ſeri paſciqꝫ ⁊ ꝯdendis edificijs aptiſſimi·
Portuum in hac inſula cõmoditas ⁊ preſtantia· fluminum copia
ſalubritate admixta hominum: q̃ niſi quis viderit:credulitatẽ ſu-
perat · Huiꝰ arbores paſcua ⁊ fructus multũ ab illis Joane dif-
ferunt· Hec preterea Hiſpana diuerſo aromatis genere· auro· me-
talliſqꝫ abundat· cuius quidem ⁊ omnium aliarꝫ quas ego vidi ⁊
quarꝫ cognitionem habeo incole vtriuſqꝫ ſexus nudi ſemꝑ incedũt
quẽadmodum eduntꝰ in lucem:preter aliquas feminas:q̃ folio frõ
deue aliqua aut bombicino velo pudenda operiunt qđ ipſe ſibi ad
id negocij parãt· Carentij omnes vt ſupra dixi quocũqꝫ genere fer
ri carent ⁊ armis vtpote ſibi ignotis nec ad ea ſunt apti· non prop
ter corporis deformitatem cum ſint bene formati:ſed quia ſũt ti-
midi ac pleni formidine· geſtant tamen pro armis arundines ſole
puſtas:in quarum radicibus haſtile quoddam ligneum ſiccum et
in mucronem attenuatum figunt:neqꝫ ijs audent iugiter vti:nam
ſepe euenit cũ miſerim duos vel tres hoĩes ex meis ad aliquas vil-
las vt cũ earum loquerentꝰ incolis:exijſſe agmen glomeratũ ex In
dis:⁊ vbi nr̃os appropinquare videbant fugam celeriter arripuiſ-

40 lines

ſe deſpectis a patre liberis ⁊ econtra· ⁊ hoc non q cuipiã coꝝ dam
num aliqđ vel iniuria illata fuerit : immo ad quoſcũqꝫ appuli ⁊ q
bus cũ verbum facere potui:quicqd habebam ſum elargitus: pan
num aliaqꝫ permulta nulla michi facta verſura: ſed ſunt natura
pauidi ac timidi · Ceteꝝ vbi ſe cernunt tutos omni metu repulſo:
ſunt admodum ſimplices ac bone fidei ⁊ in omnib⁹ que habent li
beraliſſimi:roganti qđ poſſidet inficiat̃ nemo: quin ipſi nos ad id
poſcendum inuitant Maximum erga omnes amorem preſeferũt
Dant queqꝫ magna pro paruis: minima licet re nichilo ue cõtenti·
ego attamen prohibui ne tam minima ⁊ nullius precij hiſce darẽ
tur:vt ſunt lancis paraſidum·vtriqꝫ fragmenta·item claui ligu/
le:quanq̃ſi hoc poterant adipiſci videbat̃ eis pulcherrima mun/
di poſſidere iocalia Accidit ·n·quẽdam nauitam tantum auri pon
dus habuiſſe pro vna ligula quãti ſunt tres aurei ſolidi ⁊ ſic alios
pro alijs minoris precij preſertim pro blãquis nouis:q̇buſdam nũ
mis aureis:pro quibus habendis dabant quicquid petebat vendi
tor:puta vnciam cũ dimidia ⁊ duas auri:vel triginta ⁊ quadragin
ta bombicis pondo: quam ipſi iam neuerant item arcum· ampho
re·hydre·doliiqꝫ fragmenta bombice ⁊ auro tanq̃ beſtie compara
bãt·quod quia iniquum ſane erat vetui: dediqꝫ eis multa pulchra
⁊ grata q̃ mecũ tuleram nullo iteruenĩete premio:vt eos michi fa/
cilius ꝯciliarem fierentqꝫ xp̃icole ⁊ vt ſint proni in amorem erga
Regem Reginam principemqꝫ noſtros ⁊ vniuerſas gentes Hiſ/
panie ac ſtudeant perquirere:coaceruare eaqꝫ nobis tradere quib⁹
ipſi affluunt ⁊ nos magnopere indigemus Nullã ij norunt ydo
latriam: imo firmiſſime credunt omnem vim:omnem potentiam
omnia deniqꝫ bona eſſe in coelo: meqꝫ inde cũ his nauibus ⁊ nau
tis deſcendiſſe:atqꝫ hoc animo vbiqꝫ fui ſuſceptus poſtq̃ metum
repulerant Nec ſunt ſignes aut rudes:quin ſummi ac perſpicacis
ingenij:⁊ homines qui tranſfretant mare illud non ſine admirati
one vniſcuiuſqꝫ rei ratione reddũt:ſed nunq̃ viderũt gentes veſti/
tas neqꝫ naues hmõi Ego ſtatim atqꝫ ad mare illud perueni e pri
ma inſula quoſdã Indos violenter arripui·qui ediſcerent a nobis
⁊ nos pariter docerẽt ea : quoꝝ ipſi in iſce partib⁹ cognitionẽ ha/
bebant·⁊ ex voto ſucceſſit:nam breui nos ipſos ⁊ ij nos tum geſtu
ac ſignis tum verbis intellexerunt : magnoqꝫ nobis fuere emolu/
mento:veniunt modo mecum:qui ſemper putant me deſiluiſſe de
coelo:q̃uis diu nobiſcum verſati fuerint hodieqꝫ verſent̃:⁊ ij erãt
primi qui id quocunqꝫ appellabam⁹ nuntiabãt:alij deinceps alijs
elata voce dicẽtes · Uenite venite ⁊ videbitis gẽtes ethereas Quã

ob rem tam femine ꝗ̄ viri: tam impuberes ꝗ̄ adulti: tam iuuenes ꝗ̄ ſenes·depoſita foꝛmidine paulo ante concepta nos certatim viſebant magna inter ſtipante caterua alijs cibum alijs potum afferentibus maximo cum amoꝛe ac beniuolentia incredibili· Habet vnaqueqꝫ Inſula multas ſcaphas ſolidi ligni:⁊ ſi anguſtas longitudine tamen ac foꝛma noſtris biremibus ſimiles:curſu autem velocioꝛes·reguntur remis tantummodo·Haꝝ quedam ſunt magne quedam parue: quedam in medio conſiſtunt· Plures tñ biremi que remiget duodeuiginti trāſtris maioꝛes:cum quibus in omnes illas inſulas:que innumere ſunt: traijcitur cumqꝫ ijs ſuam mercaturam exercent ⁊ inter cos comertia fiunt·Aliquas ego harum biremium ſeu ſcapharum vidi q̄ vehebant ſeptuagita ⁊ octuaginta remiges· In omnibus ijs inſulis nulla eſt diuerſitas inter gentis effigies:nulla in moꝛibus atqꝫ loquela:quin omnes ſe intelligunt ad inuicem: que res perutilis eſt ad id qđ sereniſſimoꝝ Regū noſtroꝛum exoptare precipue reoꝛ:ſcꝫ eoꝛum ad ſctām xp̄i fidem conuerſionem cui q̄dem quantum intelligere potui facilimi ſunt ⁊ ꝓni Dixi quemadmodum ſum pꝛogreſſus antea inſulam Joanam per rectum tramitem occaſus in oꝛientem millaria cccxxij· in quā viam ⁊ interuallum itineris poſſum dicere hanc Joanā eſſe maioꝛem Anglia ⁊ Scotia ſimul:nāqꝫ vltra dicta cccxxij·paſſuū milia ī ea parte que ad occidentem pꝛoſpectat due·quas non petij:ſup̄ ſūt pꝛouincie: quaꝝ alteram Indi Anan vocant cuius accole caudati naſcuntur·Tenduntꝰ in longitudinē ad miliaria· clxxx· vt ab his quos veho mecum Indis percepi: qui omnis has callent inſulas· Hiſpane vero ambitꝰ maioꝛ eſt toto Hiſpania a Colonia vſqꝫ ad fontē rabidum Hincqꝫ facile arguitꝰ qꝛ quartū eius latus quod ipſe per rectam lineam occidentis in oꝛientem traicci miliaria continet·dxl· Hec inſula eſt affectanda ⁊ affectata non ſpernēda in q̄ et ſi aliaꝝ omnium vt dixi ꝓ inuictiſſimo Rege noſtro ſolenniter poſſeſſionem accepi: earūqꝫ imperium dicto Regi penitus cōmittitur: in opoꝛtunioꝛi tamē loco atqꝫ omni lucro ⁊ cōmertio condecēti cuiuſdam magne ville:cui Natiuitatis dn̄i nomen dedimꝰ: poſſeſſionem peculiariter accepi ibiqꝫ arcem quandam erigere ex templo iuſſi que modo iam debet eſſe pacta:in qua homines qui neceſſarij ſunt viſi cum omni armorum genere ⁊ vltra annū victu opoꝛtuno reliqui·Item quandam carauellam ⁊ pꝛo alijs conſtruendis tam in hac arte ꝗ̄ in ceteris peritos:ac eiuſdem inſule Regis erga eos beniuolentiam ⁊ familiaritatem incredibilem Sunt enim gētes ille amabiles admodum ⁊ benigne:eo qꝛ Rex pꝛedictus me fra

trem ſuum dici gloriebatur. Et ſi animum reuocarent ⁊ iȷ̈s qui in
arce manſerūt nocere velint nequeunt: quia armis carent: nudi in
cedunt ⁊ nimium timidi: ideo dictam arcē tenentes duntaxat p̄nt
totam eam inſulam nullo ſibi imminente diſcrimine populari. dū
modo leges quas dedimus ac regimen non excedant. In omnibꝰ
iȷ̈s inſulis vt intellexi quiſqꝫ vni tantū cōiugi acquieſcit preter pri
cipes aut reges: quibus viginti habere licet. Femine magis q̄ꝫ viri
laborare videntur. nec bene potui intelligere an habeant bona ꝓ
pria: vidi enim ꝙ vnus habeat aliȷ̈s impartiri: preſertim dapes ob
ſonia ⁊ hmōi. Nullum apud eos monſtrum reperi vt pleriqꝫ exiſ
timabant: ſed homines magne reuerentie atqꝫ benignos. Nec ſūt
nigri velut ethiopes. habent crines planos ac demiſſos. nō degūt
vbi radiorꝫ ſolaris emicat calor: permagna nanqꝫ hic eſt ſolis vehe
mentia: propterea ꝙ ab equinoctiali linea diſtat. Ubi videnꝰ gra
dus ſex ⁊ viginti ex m ontium cacuminibus. Maximum quoqꝫ vi
get frigus: ſed id quidem moderanꝰ Inde tum loci conſuetudine.
tum rerum calidiſſimarum quibus frequenter ⁊ luxurioſe veſcūꝰ
preſidio. Itaqꝫ monſtra aliqua nō vidi: neqꝫ corꝫ alicubi habui co
gnitionem: excepta quadam inſula Charis nuncupata: que ſecun
da ex Hiſpania in Indiam tranſfretantibus exiſtit. quam genuſ
quedā a finitimis habita ferocior incolit. Hi carne humana veſ
cunꝰ. Habent predicti biremium genera plurima quibus in om
nis Idicas inſulas traȷ̈ciunt. depredant. ſurripiūt quecūqꝫ p̄nt.
Nichil ab aliȷ̈s differunt niſi ꝙ gerunt more femineo longos cri
nes vtuntur arcubus ⁊ ſpeculis arundineis fixis diximus in groſ
ſiori parte attenuatis haſtilibus. ideoqꝫ habentur feroces: quare
ceteri Indi iexhauſto metu plectūꝰ: ſed hos ego nihilifacio plus
q̄ꝫ alios Hi ſunt qui coheunt cū quibuſdam feminis: que ſole inſu
lam Mateunin primā ex Hiſpania in Indiam traȷ̈cientibus ha
bitant. He autem femine nullum ſui ſexus opus exercent: vtunꝰ
enim arcubꝰ ⁊ ſpeculis ſicuti de earꝫ cōiugibus dixi muniūt ſeſe la
minis eneis quarum maxima apud eas copia exiſtit. Aliam mihi
inſulam affirmant ſupradicta Hiſpana maiorem: eius incole ca
rent pilis. auroqꝫ inter alias potiſſimum exuberat. Huius inſule
et aliarum quas vidi homines mecum porto qui horum que dixi
teſtimonium perhibent Deniqꝫ vt noſtri diſceſſus et celeris reuer
ſionis compendium ac emolimentum breuibus aſtrigam hoc pol
liceor me noſtris Regibus inuictiſſimis paruo eorum fultum aux
ilio: tantum auri daturum quantum Eis fuerit opus. tantum
vero Aromatum. bombicis. maſticis: que apud Chium duntaxat

inuenitur: tantumq; lignum aloes. tantum Seruorum hydo latrorũ. quãtũ eorũ maieſtas voluerit exigere itẽ reubarbarũ ⁊ alia aromatũ genera q̃ ii quos i dicta arce reliq iã iueniſſe atq; iuẽturos exiſtimo q̃nquidẽ ego nullibi magis ſũ morat⁹ niſi quãtũ me coegerũt vẽti: p̃terq̃ in villa Natiuitatis dũ arcẽ cõdere ⁊ tuta oĩa eſſe puidi Que ⁊ ſi maxima ⁊ iaudita ſũt: multo tñ maiora forẽt ſi naues mihi vt ratio exigit ſubueniſſẽt. Uerũ multũ ac mirabile hoc: nec nr̃is meritis correſpõdẽs: ſed ſancte Chriſtiane fidei nr̃orũq; Regũ pietati ac religioni: q͞a quod human⁹ cõſeq nõ poterat itellectus: id humanis cõceſſit diuinus. Solet ei de⁹ ſeruos ſuos quiq; ſua p̃cepta diligũt ⁊ i impoſſibilib⁹ exaudire. vt nobis i p̃ſẽtia cõtigit: qui ea cõſecuti ſum⁹ que hacten⁹ mortaliũ vires minime attigerãt: nã ſi harũ iſularũ quipiã aliquid ſcripſerũt aut locuti ſũt: oẽs per ãbages ⁊ cõiecturas: nẽo ſe eas vidiſſe aſſerit vnde ꝓpe videbat̃ fabula. Igit̃ Rex ⁊ Regina princepſq; ac eorũ regna feliciſſima cuncteq; alie Chriſtianorũ puincie Saluatori dño nr̃o Jeſu Chriſto agam⁹ gr̃as: qui tãta nos victoria muncreq; donauit: celebrẽt̃ pceſſiones peragãt̃ ſolennia ſacra. feſtaq; frõdeq; velẽt̃ delubra exultet Chriſtus in terris quẽadmodum in celis exultat: quom tot pplorũ pditas ante hac aĩas ſaluatũ iri p̃uidet: Letemur et nos: cũ ꝓpter exaltationẽ nr̃e fidei. tum propter rerũ temporaliũ incremẽta: quorũ nõ ſolũ Hiſpania ſed vniuerſa Chriſtianitas eſt futura particeps. Hec vt geſta ſunt ſic breuiter enarrata. Uale. Uliſ bone pridie idus Martii.

Chriſtoforus Colom Oceane claſſis Prefectus.

¶ Epigramma. R. L. de Corbaria Epĩ Montiſpaluſii. Ad Inuictiſſimum Regem Hiſpaniarum:.

Jam nulla Hiſpanis tellus addenda triumphis.
Atq; parum tantis viribus orbis erat.
Nunc longe eois regio deprenſa ſub vndis.
Auctura eſt titulos Betice magne tuos]
Unde repertori merito referenda Columbo
Gratia: ſed ſummo eſt maior habenda deo.
Qui vincenda parat noua regna tibiq; ſibiq;
Teq; ſimul fortem preſtat et eſſe pium.

¶ Impreſſit Rome Eucharius Argenteus Anno dñi. M. cccc xciii

1545 CHRISTOFORI COLUMBI EPISTOLA, de insulis indie, saper, gaugem, nuper inventis auspiciis, et ere invictisscinorum, Fernandi ac Helizabet, Hispaniarum, Regum, 4to., *fine copy, elegantly bound in morocco, richly tooled, and gilt edges, excessively rare. Imprexit Rome Eucharis Argentins.* MCCCCXCIII.

Our talented writer Washington Irving, in his Life of Columbus, is very eloquent in praise of the language used in this *first document ever printed (not knowing then of the above oration)* relative to the discovery of America; and he considers it on the whole as far more authentic and valuable than the subsequent works of other authors, who, for the most part, wrote of things they never saw, and who recorded circumstances and deeds as facts, which were entirely fictitious, and existed only in their own imaginations. All other writers, since the discovery of this precious gem, unite in admiration, and some add *"Every word of it should be incorporated in all future Histories of America." Dr. Robertson, the English writer, was totally ignorant of its existence. This copy sold in the Conde sale in London, in* 1824, *for Thirty-four pounds, thirteen shillings, sterling.*

H493 c
C718d5